








colorchecker CLASSIC



x-rite




Comœdia

et

Tragedia

• ILLUS: J. S. M.





28008

Reserve

Table des ¹¹ Ouvrages de ce Volume

Bartholomei Lamberte Veneti Comedia q; Lepidissima Dolotachae pag 1.

Tragœdia Progne pag 41

Georgii Ruter in Augium Joannis Reuchlin
Phocensis Doctoris exarrationes ej pag 81.

Joannis Reuchlin Phocensis Doctoris Comœdia
duæ Scenicae Progymnasmata, hoc est Ludicra
exercitamenta. sc: Sergius, vel Capito Caput
pag. 130.

Humbertus Tragœdia id est Humbertus Corus
Bellijocensis de Beaujeu Authoro R. P. S. G.
Religioso Tunianensi pag. 150

Rebecca Fischline pag. 192.



3^e p. incunable

Centurion et capitaneus
militum quod ab anno 1600 usque ad 1605
in regno Francie exercitum habuit.

17. per corporis interpres
militum suorum missione in exercitu Hispano
18. per ipsos exercitum breviter interpres
militum suorum ut exercitus sibi subiaceat
missis vero Clematis deputatus et anno
1605 ab aliis de missis sibi subiaceat



• 381 - 385

19. ut exercitus sibi subiaceat interpres
20. et exercitus missis sibi subiaceat
21. per plenarium obiectum
22. per militem suum



2° P
35

PROGNE
TRAGOEDIA,
NVNC PRIMVM
EDITA.
a Ioa. Riccio.



IN ACADEMIA VENETA,
M. D. LVIII.

12

PROGENE
AGEDIA
MINIMA



IN AGADEMIA VENETA
MI. D. FAVILLI.

FRANCISCO VARGAE
CATHOLICI REGIS

A C O N S I L I O,

& eiusdem apud Pontificem
Max. Oratori.



VENETAM Academiam , Francisce Varga , vir illustris , nobilem in primis , atque omni scientiarum genere florentem , in quam ego proximis superioribus diebus , quod quidem in magna felicitatis parte constituo , sum adscriptus ; cum ita erga te animatam à primo meo ingressu perspexisse , ut quam obseruantiam , atque benevolentiam principibus , ac nobilibus uiris , eximiaq; uirtute ornatis præstare consueuit , eadem te studiosissime prosequatur : coepi ego statim incredibili quodam ardere desiderio , facultas ut aliqua mihi afferretur , qua tum ipsius Academiae nostræ amplissimum in te studium tibi patefacerem , tum clarissimi in primis Federici Balduarii , quem tanti boni auctorem agnoscimus ,

A 2 scimus ,

scimus , egregiam ad te amandum animi
propensionem indicarem ea enim est uir-
tus tua , ita excuso & illustri loco sita , non
modo ut à tanto uiro , nobisq; , qui ab eius
excellentí iudicio , testimonioq; pende-
mus , sed plane ab omnibus , qui ubique
terraru[m] sunt , mortalibus ametur , exi-
miisq; laudib[us] efferatur . ac tui quidem
tum animi , tum ingenii præstantia iam tum
nobis cœpit elucere , cum apud Venetam
Remp. primo quidem Caroli Cæsaris au-
gustissimi , deinde Catholici Hispaniarum
Regis nomine summa tua cum laude lega-
tionem semel , atque iterum obiisti . tunc
enim , quantum ipse uel maximarū rerum
usu , uel liberalium artium cognitione , uel
pietate in Deum excelleres , dilucide per-
speximus . iure igitur ad maxima tractanda
negocia te unum ex omnibus Rex tuus
potissimum delegit , qui apud Pontificem
Max. oratoris munus his temporibus , in-
genti motu fluctuantibus , in urbe Roma
sustineres . quo quidem in munere sic te
geris , ut , quod dici solet , homo homini
quid

quid præstet, facile omnes intelligent. Vie-
rum illi felices, quibus contigit præsen-
tibus tua singulari uirtute frui: ego meam
conditionem nimis inique patior, quod,
quo tempore meam tibi quamcreberrimo
salutandi officio benevolentiam incredibi-
lem patefacere statueram, eo te nobis for-
tuna quædam abstulit, doloremq; ex tan-
ta iactura susceptum uix ulla ratione leni-
mus. testis ego sum communis in hac
præclara ciuitate bonorum omnium mo-
lestiæ; mei uero summi in te studii index
tibi erit Progne tragœdia: quam, ut ipsius
facile sublimitas indicabit, uel antiquam,
uel antiquis, quæ maxime laudantur, certe
parem, quæ multos annos in mea latuerat
bibliotheca, nunc in tuo nomine apparere
uolui, consilio minime, ut arbitror, repre-
hendendo: cum poesis ipsa, ut optime no-
sti, cum philosophia, cuius peritisimus es,
ueluti quadam cognatione societur: quip-
pe quæ humanæ uitæ mores explicet, ob-
scuris fabularum inuolucris eadem omnia,
quæ aperte solet philosophia, proponat:

summa

summam præterea delectationem pari cum
utilitate coniungat . neque uero te præte-
rit , cum eius multa sint genera , in iis tra-
gœdiā non postremum locum obtinere :
quæ cum acerbam fortunæ mutationem
complectatur , quid aliud , quām tempe-
rantiam Regibus ostēdit , omnesq; in sum-
mo rerum humanarum fastigio collocatos ,
ne quā corruant , aut prolabantur , alieno
admonet exemplo ? qui uero aut à natura ,
aut à disciplina hoc habent , ut uirtutis ad
studia contendant ; mirum , legenda tra-
gœdia quām ualde afficiantur : cum ab iis
malis , quibus alios uexari cognouerunt ,
se abesse procul intelligent . itaque non
dubito , quin te etiam atque etiam nostra
Progne delectet , uel ipsius argumento , uel
poetæ ingenio , uel denique Academiæ
nostræ , meaq; præcipue obseruantia . nam ,
quod attinet ad mores lectione confor-
mandos , nihil est , cur ipse à libris quid-
quam haurias . lætare potius animi tui præ-
clara conscientia , eaq; fruere quasi uber-
ima recte factorum mercede , eorum ex-
emplo ,

emplo , quorum tu uirtutes & imitaris , &
assequeris . Illud postremo loco summis
precibus à Deo exposcimus , ut , quod à
uiro sapientissimo dictum quandoque co-
gnouimus , grauiora tibi in dies munera si-
mul cum ampliore dignitate committat :
ut tantum re ipsa Christianæ reip. prodesse
possis , quantum animo tuo , rectissima ac
laudabilia omnia maxime cupienti , satis-
faciat .

Ioannes Riccius , legum Doctor ,
Venetus Academicus .



cibis feliciter diuina ut nunc est & tunc sis. C
 sed deinde illius quoque siccus summis
 bescipie. Et hoc quod est illud dico & co-
 nunt. Quodcumque siccus munera ut
 huius mundi ambiguntur. Et illa communis
 mundi cuius mundi siccus est. Et illa
 mundi siccus quoniam mundus est. Regalis uis ac
 laudabilis quoniam mundus quoniam mundus est.
 Igitur. autem hoc habent ut sint ad
 eum discipulis hoc habent. ut sint ad

Iohannes Riccius. Petrus Dogo.
 Alius unus. Venetus Academicus.
 sed ecclie procul. non enim sunt
 dubito. cum se eam quoniam nullam
 Progenie habet. non enim sunt
 potest impetrare. sed ecclie
 nullam quoniam nullam. non enim sunt
 quod attineret ad eam. non enim sunt
 mandes. nihil est. cum ipsa eboris est
 quam huius. latere potius cum
 eboris confundat. sicut fructu que
 runtur. et latere nesciunt. Quod
Riccius



ARGUMENTVM TRAGOEDIAE, QVAE DICITVR PROGNE.

TITVLVS huius tragœdiæ dicitur, Progne. Pro argumento autem prædicendū est, quòd, cum Tereus, rex Thraciæ, fatigasset bello Pandionem, regem Athenarum; tandem conuenerunt, ut pax fieret inter eos; atque, ut firmior fieret, Tereus acciperet uxorem Prognem, maiorē natu filiam Pandionis. ex qua cum habuisset puerum, nomine Ithim; post quinquennium desiderio Philomenæ sororis accensa, blanditur uiro, ut eam ad se traduceret. ille impetratam à patre uirginem inflammatus libidine oppressit; eiusq; comites morti dedit. quod cum ægre ferret puella, & se uulgaturam affirmaret; mota est ira tyranni, linguamq; eius secuit. post hæc, pauentem stabulo, quod forte propinquum erat etiam urbi, inclusit: posuitq; custodes: ita, regesta, ad Prognem redit: simulatq; Philomenam, pelagi tempestate grauataam, periisse. Credidit Progne: sed diu tantum scelus late-re non potuit, ad Prognemq; uti res erat, alla-

a tum

58

tum est. Illa uero, furiis doloris percita, simulans Orgia Bacchi, quæ tertio quoque anno siebant, ad stabulum turba muliebri uenit: custodes necat: germanam secum trahit. postmodum autem ulcisci quærenс, crudelissima mater gnatum unicum interemit, patriq; eupulandum apposuit. Fabulose autem dicitur, Tereum & Marte genitum fuisse, quia cruentus fuit tyrannus, & nymp̄ha Bistonide, ab eo per uim compressa. Progne conuersa dicitur in hirundinem, Philomena in auem sui nominis, Tereus uero in upupam: cuius facies crista statu est, ut indicet regium caput: uiuit autem ex stercore, propter memoriam come sti nati.



INTERLOCUTORES**DISCORS****CHORUS****TRATAT****CONFLIT****TRATAT****TRATAT****UNIV**

84
tungit illamq[ue] cunctis per asperas
lascas Ong. Bacon, quod certe
fiebant ad habiles artifices, quod
fides negat: germanam locum
modo **INTERLOCVTORES,**
DIOMEDES,
CHORVS,
TEREVVS,
PROGNE,
PISTVS,

NVTRIX,

NVNCIUS.



TRAGOEDIA,

CVIVS TITVLVS,



Progne.

DIO M E D E S .

LVCOS, & amnes desero inferni Iouis:

Ad astra mittor supera conuexi poli.

Neque enim inter umbras noxius uisus furor

Est ullus æque: Thracia heu solus potest

Explere furiis corda Diomedes: nefas

Odisse liceat: criminis datum est satis,

Satisq; sceleri: deprecor fontis plagas:

Amare liceat: addite ad pœnas meas,

Si quid potestis dira Furiarum agmina:

Titana pubes exuat uinclis manus

Cælo rebelles: æneis nodis prematur.

Nil iam recuso, Sisyphi premat lapis.

Meludat amnis Tantali, uel Ixionis

Iaculetur orbis: crescat in pœnas iecur:

Parum uidetur: torqueat per me suas

Phlegethon arenas, igneo torrens uado.

Cur me innocentem facitis alterna uice

B Sceleris

T R A G O E D I A

Sceleris nefandi Thraces : agnosco scelus :
Pars iam peracta : noster explebit nefas
Aduentus : unde hoc ? omnis arescit seges :
Sensere terræ : deficit pratis color ,
Quacunque gradior : fontibusq; humor solitus
Deest , cauernis int̄imis quārens fugam .
En alta cerno decora natalis soli ,
Thracosq; muros : regia est illic locus :
Atque hunc superbus alta pro templo pater
Gradius ipse limina horrendus tenet ,
Pudet referre : facinus agnosco meum ,
Stabulumq; , quo me uictor Alcides feris
Obiecit ipse , pabulum armentis ducem .
Sed ecce subeo regiæ limen domus ,
Aulamq; Terei . quid hoc est ? fugiunt retro
Versi penates : decidunt flores noui
Numinibus ipsis : misera ne trepidat domus ?
Venio coactus : quis nouus cogit furor
Dirum profari facinus ? agnosco nefas .
Nunquam uacabit scelere Diomedis domus :
Nunquam nocentes leuiter Thraces erunt :
Peccatur omne scelere quod uincat scelus :
Semperq; ueteris præterit formæ modum
Crimen quod oritur ; obruit recens uetera :
Parumq; quod fuit scelus , dum fit nouum .
Matris furorem cerno , & euersam domum ,
Miserumq;

Miserumq; patrem : uideo crudeles focos ,
Et sparsa pueri uiscera , & diras dapes .
Mensæ parentur : sacra splendescat dies :
Abominandum , pessimum , horrendum , nouū
Odrysia facinus prima concipiat domus ,
Suumq; uincat scelere crudeli genus .
Vix , cum , peractis sacerulis , olim polus
Ardebit ; ignis cum mare , & terram ambiet ;
Numeretur aliud ; uixq; posteritas fidem
Datura famæ . ò semper infamis domus :
Sileatur omne ueteris errati scelus :
Stupra nefanda uile sint crimen domo .
Satis ne dixi ? iam satis : facto est opus :
Obsedit animos impius mentis furor :
Flagrat cupidio turpis : inuenta est uia :
Scelus patebit : carbasa extendat Zephyrus :
Velis citatis prospero cursu natet :
Tandem fauebo Thracio regi : redeat :
Redisse nolle : ecce solenni prece
Tereus uocatur : appara festum diem :
Germana uenit . ora quis quatit mea ?
Vocat flagello me ad infernos lacus
Erynnis : onere tellus infesto diu
Nostro leuetur : cetera explebit furor .

. B I S C U T I A Chorus .

T R A G O E D I A

C H O R U S .

ORTE Saturno , pelagiq; rector ,
Qui leui curru gradiens per æquor ,
Temperas pontum , quatiens tridentem ,
Sterne secura pelagus quiete .
Tuq; uentorum domitor procellas
Qui regis , duro reserasq; falso ,
Te timent nautæ , trepidiq; adorant :
Tu potes actum pelagus tumultu
Sternere , atque idem super astra ferre :
Tu pater nimbos , nebulasq; torques :
Thraciaæ plebi faueas , precamur :
Adsit actum Tereus citata
Puppe : nec uelis cadat aura , donec
Thracios portus teneat tyrannus .
Rex , uictus prece coniugis
Reginæ , pelago caput
Commisit , fragili rate :
Venti perfidia nihil
Contactus , socii domos
Portu Mopsopio petit .
O qualis pietas thori .
Nutritur face mutua
Sacra thalami calor .

Orpheus

Orpheus Eurydicem suam
Quæsitum petiit lacus
Auerni, & miseræ Stygis,
Vectus flumina trans nouem
Interfusa uadis . lyra
Motus portitor aurea,
Orantum immemor hæserat.
Illum ut Tartareus canis
Ripa prospicit ultima;
Caudam deliniens stetit.
Mirantur fidibus nouis
Manes : nec sitiens senex
Curat flumina Tantalus,
Non ales Titii iecur :
Hæsitq; Ixionis rota :
Saxo Sisyphus insolens
Insedit : stupet Aēacus,
Et cum coniuge lūridus
Pluton : qui quoties uelit
Irasci , toties prece
Placatus , Lachesim iubet
Vitæ stamina nectere .
At sit mitior Orpheo
Tereus , cælicolum genus.
Omnes , principe reddito ,
Soluent uota calentibus

Aris

T R · A G I O E C D R I A

Aris : & tremuli senes
Spargent pocula Lesbii :
Et cum uirginibus simul
Insontes pueri carent.
Echo montibus abdita ,
Respondet Rhodopes iugis .
Quæcunque & Tanais rigat ;
Qui cum strigore duruit ,
Plaustri conteritur rotis ;
Nuper remige percitus ,
Duro fert equitem uado :
Omnis Thraca decentibus
Saltabit citharæ modis :
Templa & Bistonii tegent .
Sertis , & uiridantibus
Ramis : in medio sidet
Festus lætitia deus .
Sed quis profecto strepitus è portu sonat ?
Accurrit unde hæc turba ? puppi regia :
En arma præfixa : en Tereus abest procul :

G R A D I V E , gelidis siue sub Rhodopes iugis
Fessos iugales pabul precreas nouo ,
Aut nubifer ubi uerticem Hemus exerit ,
aut A

Aut

Aut Otris ingens ; aut ubi ilicibus nigris
Pangæa resonant ; siue per populos agis
Currus cruentos ; mellitum cernis pater
Gnatum . tremiscunt ultimi uires meas
Thraces : & omnis regio glacialis poli
Me me tremiscit : arma Cecropidæ mea
Timuere : gnata , uixq; Pandion socer
Pacem impetrauit . nunc quoque è socii solo
Conspicuus hospes remeo : tot spoliis ducum
Præclara puppi tecta prospicio libens :
En alta decora patræ cerno domus ,
Gratosq; muros : iura quo reges solent ,
Agnosco templum , sceptra gestantes dare .
Verū minime in patriam reducis animū gero :
Deiectus animo traherer in Syrtēs uelut ,
Vt exul undis classe barbarica premerer :
Conscia , licet nullus premat , mens premit .
Quid anime segnes ? quod fuit summum , tibi
Dedere superi : si quid errauit furor ,
Fac ipse liceat , facile quod reges solent .
Num cernis alta decora natalis soli ?
Gratare tandem : non decet regem timor .
Sed ecce littora remige assiduo sonant :
Lætantur omnes : obuiam cuncti ruunt :
Aderitq; Progne . quas misera uoces dabit ,
Postquam sororem cernet absentem , sibi

Diu

T R A G O E D I A

Diu expetitam : consilia tegent nefas :
Simulabo uictam turbine immensi maris ,
Demum peremptam : lacrymæ facient fidem .

T E R E V S , P R O G N E .

O' FIDA consors , multa post maris uirum
Pericla cernis . P R O . Lætor incolumē : sed hæ
Lacrymæ loquentis (talis in patriam redit ?)
Cur ora compleht ? ubinam est soror mihi
Optate coniux ? uiuit , an morte occubat ?
Effare aperte : mæror augescit mora .

T E R . Pelago perēpta est (hic mei redditus) soror .

Velis citatis prospero cursu ratēm
Strimonius Aquilo uexit ad socii domos .
Egressus adii . forte tunc Rex Palladis
Ad templa summæ præsidem orabat deam .
Opima feriens colla stat comptus caput
Vitta sacerdos : ipse sacratis focis
Spargebat aræ thura solenni prece .
Tunc me lacertis senior affusis ait
Complexus : Ut ut te gener , dum spiro adhuc ,
Iuuat uidere : nunc reiuuenesco senex :
Valet ne Progne ? superat & carus nepos ?
Sed quid moramur plura ? uix multa prece
Gnatam impetraui : spondeo celerem redditum

Aegro

Aegro parenti : ast olli in amplexu ultimo
Singultus ora patria oppressit grauis :
Aptant carinas sōcii , & antemnas ligant.
Decrescit omnis terra paulatim : undique
Cælum , & mare : secat spumeum pontum ratis:
Ac pone placidus exultat delphin salo .
Et iam diei finis : in nubem cadens
Sol , passus oculos , mergit oceano rotas :
Rubicunda Phœbe surgit : ac stellæ cadunt ,
Et ecce nubes densa cæruleum æthera
Inuoluit : altis montibus fragor sonat :
Et tūnsa late saxalatratu gemunt .
Caligo cælum texit & crebri micant
Ignes : at Eurus surgens orientem mouet .
Repente pluuiæ nubibus ruptis cadunt :
Tumescit æquor : latera nauigii tremunt
Collisa : pulsat sidera : & arenas ciet
Vis uasta pelagi : sæpe , diducto freto ,
Immergit , & nunc erigit cælo trabem .
Conclamo : sōcii ponite antemnas : labat
Carina : & ecce desuper turbo rapax
Ferit rudentes : pontus in puppim niger
Fertur : procella malus immani tremit :
Non grata nautis occidens nunquam micat
Glacialis arctos : sidus , Arctophilax , tuum
Texere nubes : omnis eripitur polus .

G Erramus:

T R A G O E D I A

Erramus : adeo cursus incerti : neque

Noctem diem ue digeri sinit polus.

Hæc inter acri percita stomacho soror

Deuicta demum est , euomit : membra labant :

Nec alitur ullo corpus infirmum cibo .

Non is genarum fulgor , ut quondam , decens :

Tumor per artus abiit afflictos grauis .

Tandem reuoluta posuit in sinu caput

Letho grauatum : soluitur corpus gelu :

Anima per ora flentis ad manes fugit .

Nec dum omnis abiit fulgor : in uultu pio

Mors quoque placebat . talis in uiola nitor ,

Cui forma nondum fugit ; & prato caret .

Non hos dolores fluctus inuissi minæ ,

Sed dñi dedere . testor imperii decus .

Vix clausit oculos dextra ; cum uentus minas

Posuit ; resedit omnis extemplo furor ;

Cessere nubes ; uasta tempestas perit .

Lætamur : ecce remi , & antemnæ cadunt :

Optata miseris quarta cum luce astitit

Infausta tellus : quassa diluvio ratis

Subsedit anchoris : latere pontes cadunt .

Est collis altus : ultimi Thraces ferunt :

Prærupta , ponto media , rupes eminet :

Curuata uallis humida , & sterilis iacet :

Vtrinque silua claudit : ac montes tegit

Cupressus

Cupressus alta funebri ramo uirens.
Hoc ubi potiti, quisque tabentis salo
Siccauit artus : horret & littus quoque :
Nec credit ullum graubus ærumnis locum.
Tunc funus egomet manibus instruxi meis :
Ferro bipenni pinus impulsa eruit :
Cadit cupressus : nemora cum siluis trahunt
Late ruinam : structa sublimis pyra
Cælo minatur : flamma per ramos sonat :
Ac fumus ater nube funerea coit :
Stridunt fauillæ : mæstus umbratur dies.
Circum omnis astat ueste funerea caput
Amicta turba : lacrymæ , & planctus sonant.
Manes uocantur : turba tēr rogos obit.
Postquam solitus debitus flammis honos ,
Tegitur sepultus aggere excelsō cinis . (nex)
P R O . Quid turba comitū ? superat ? ubi Pistus se-
T E R . Ut carpsit ignis aidus appositam struem ,
Cadauer uri cœpit ubi stratum super ,
Ulta dolores ferre non potuit senex :
Irrumpit igni : seq; eodem coniicit .
Qualis securem taurus attonitus fugit ,
Aut qualis acri concita Mænas iugis
Agente Baccho fertur insano gradu :
Talis rogos petiuit afflictus senex :
Fidusq; alumnæ cineris ut foret comes ,

T R A G O E D I A

Passus cremari : sed reor summum sibi
Fuisse , ut unus ignis ariperet duos .
Alii reuersi nuncii diræ necis .

PRO . O mors acerba : o multa frustratæ præces .

O sœua Maria : o mortis horrendum genus ,
Et morte peius : quam dolor capiet uiam
Crudelis ? ubinam grauibus ærumnis modum
Statuam ? sorore , quid enim restat mihi ,
Morte occupata ? quid queror demens ? ego ,
Ego te peremi : causa nostra hæc est soror ,
Crimenq; nostrum . nanque , dū proprio nimis
Vnam uidere , pene dispersi duos .
Me me procellæ ferte in abruptum mare ,
Scopulosq; Syrtis : ferte disiectam undique ,
Vbi nix alta canet æterno gelit ;
Aut ubi propinquus pabulum feris negat
Sol , ubi uenena , ubi herba pestifera uiret :
Me pontus , æther , me premat dirum chaos :
Vtinam sororis pariter arsissem rogo :
Vbicunque iaceat Pistus , inuideo tibi .
Nec te sororis morte culparim Tereu :
Sors ista fati debita , ut fumus tuum
Soror uiderem : quamuis hoc uetus deus .
Potuere mortis fata largiri moram
Breuem sorori . mæstus heu forsan pateri
Dat thura templis : ipsa iam Lethen bibit , ubi

Secura

Secura mortis . tollite ornatus mihi
 Regalis auri : ueste funerea dolor
 Vtatur istas uentus inuoluat comas :
 Feriat lacertos inuicem exertos manus .
 Sed cur monili colla Scythonio nitent ?
 Auferte famulæ .

T E R . Tollite ad thalamos heram :
 Potius iacentem reddat huic animum thorus .

C . H . O . R . V . S .

NVLLA mortalis tenuit uoluptas
 Longa nec unquam miseros tenebit :
 Læta dant nobis adimuntq; parcæ ,
 Præpeti semper rapiente fato .
 Nemo tam felix spatium senectæ
 Finit . intactus modo natus infans ,
 Inter hos uitæ miseros tumultus .
 Lege pensatur : sedet atra cunis .
 Cloto , uenturi comes usque fati .
 Nil fit æter numi solidumq; nil est
 Rebus humanis : uariæ uoluptas .
 Quota pars uitæ est : subeunt labores ,
 Et graues curæ , miseriq; luctus .
 Nuper insigni comitata turba ,
 Thracias inter ueneranda matres ,

Ibat ,

III T R A E G O E D I A

Ibat , è collo radiante gemma :
Mæsta nunc deflet miseranda Progne :
Fata sororis :
Viæta quæ sœuis pelagi procellis
Virgo defecit , feriat , licebit ,
Ipse uocali cithara querelas
Orpheus : nunquam superos uidebunt ,
Cum semel leues animæ natarunt ,
Vna quas uexit feriente remo
Cymba deductis totiens lacertis .
Typhis , inuiti domitor profundi ,
Mortis inuenit noua fata primus .
Ante nec pontum secuere puppes ;
Nec graues fluctus timuere nautæ :
Quisque securus placidis in agris
Vixerat : neandum , senior , marinos ,
Littus egressus , patriæq; portus ,
Nouerat casus , scopulosq; sœuos
Arte latentes .
Ille tranquillæ , placidæq; uitæ
Ocia mouit ,
Primus è terra resecare funem
Ausus , & ligno fragili natare :
Iussit antemnas religare malo
Primus ; & tortos statuit rudentes ;
Ac sinus laxos , feriente Coro ,

Tradidit

Tradidit audax :

Credulæ pontum secuere puppes : 48

Nauta tum uentos uarios notauit ,

Et minas cæli ; posuitq; pistis

Nomina stellis .

Naufragus picta uehitur carain :

Suppara è summo religauit audax ,

Anchoram ignota statuitq; terra .

Hoc genus lethi miseros manebat .

Currat hinc illinc alias per æquor :

Solis occasum uideatq; , & ortus :

Monstraq; & sæuos pelagi labores

Garrulus tuta referat sub umbra .

Me domus dulci saturet quiete

Parua : néc terras numeret remotas

Nostra senectus .



PISTVS SENEX , NVTRIX , PROGNE .

QVAM grauia passus , defero è siluis gradum ,

Infaustus hospes , nuncius diri mali .

O fors acerba : uix mihi sufficient pedes ,

Retroq; ducunt tramite errantem gradum .

NVT. Quid portat iste trepidus è siluis senex ?

Ni fallor , ipse est Pistus . PIS. O nutrix , ubi

C 4 Regina ?

TRAGOE DIA

Regina? NVT. Fare Piste, quod portes ma-
PIST. Ad hoc malorū nūcio misero est opus: (lū.)

Ipsaq; Progne quo sciat tantum nefas.

Sed ecce uenit. PRO. Fidus extinctæ comes
Olim sororis, nunquid à mæsto uenis?

Phlegethōte? nanque te quoque extinctū Te-
Edixit: iste prorsus inferni situs. (reus)

PIST. Me longus error, luctus & siluæ pauor
Deformat. illic teter increuit rigor.
Sparsus per humeros crinis: attractæ genæ:
Et crura dumis lacera. PRO. Quid causæ fuit?
Tentare latebras? ede fortunam senex;
Et que sororis cura morituræ fuerit.

PIS. Vtinā perēpta. PRO. Nūquid impositū agge
Erexit humeris umbra, remeata Styge? (ré)
Effare aperte, quidquid est: timeo omnia,
Et te, fatebor: ista uix credo mihi:
Quæ clades ista? nunquid & peius nece?

PIST. Mors ipsa uotum. uiuit, hoc ipsum dolens.

PRO. Cuius lucis odiū? PIS. Cui decus melior sui
Pars, periit. utinam corpus extinctum nece,
Saluo pudore. corporis periit quoque
Pars magna. PRO. Mitte uerba perplexe loqui:
Quis hic stuprator uirginis claræ fuit?

PIST. Quem si rescieris, scire pœniteat quidem.

PRO. Effare aperte: mæror augescit mora.

PIST.

PIST. Hæret palato lingua : pulmonem grauat
Attractus aer : totus horresco memor .
Aliquò procellæ deferant mersum caput ,
Dum es innocens adhuc . PRO . Fieri nocens
Cupio nefandi sceleris ; ulciscar modo .

PIST. Vicina tellus nobilem portum efficit :
Vnde omnis urbis pateat aspectus , nisi
Opposta Rhodope brachium extendat mari .
Fluctu proteruo rupes exesa latus
Ostendit . hic nos ponere antemnas Tereus ,
Cursu peracto , littus ad notum iubet .
Paremus omnes , sceleris ignari , ocyus .
Vix prima tellus cœpit : (heu dirum nefas)
Abominanda scelera molitur Tereus :
Instat puellæ , qualis Armenius leo
Ceruæ pauenti , viribus uastis fremens .
Tentata precibus restitit uirgo diu :
Coacta donec , sæpe exclamato patre ,
Sæpe & sorore , stupra violenta pati .
Tunc scissa crines ora pudibunda obtegens ,
Acclamat : O crudelis : o uerum genus
Thracū nefando scelere , quid primū querar ?
Non te parentis tenuit afflicti fides ,
Non dextra , non cognata proximitas ? neque
Sacrum pudoris mouit intacti decus ?
Pellex sororis igitur amisi decus ?

D At

TRAGOEDIA

At tu superbus sceptrum gestabis manu
Post stupra? nullus pro scelere tanto Deus
Persoluet ultor debitas grates tibi?
Non sic abibis: ipsa per populos loquar:
Aut, si tenebor clausa custodum manu,
Mouebo saxa, & consciens facti deos.
Testor pudoris numen aduersum mihi,
Hac labe careo: corpus hoc tantum tulit.
Germana, tete si parum soror mouet,
Contaminatis aude pro thalamis aliquid,
Quod ipsa laudem: stabo, & implebo nemus.
Vix haec. tyranno maior increuit furor.
Ut saeuus anguis forte compressus pede,
Tumet ueneno lubrico lapsu ferox.
Stabulum propinquæ rupis apparet cauo.
Seruabit hic te fida famulorum manus.
Istas catenas auferat soror tibi.
Nec plura fatus, forcipe apprehensam secat
Linguam puellæ. faucibus radix micat:
Et murmur (heu heu) uoce pro solita dedit.
Cruenta lingua palpitat moriens, uelut
Longæ colubræ cauda, quæ celeri rota
Traiecta, partem querit erectam sibi.
Post haec pauentum cædis efficere impetu
Obtruncat ipse cassa præsidia comitum:
Ne quo resciscas nuncio tantum scelus.

Hoc

Hoc uile solus (fateor) è cunctis caput 50
A tam parata morte subduxⁱ pedibus,
Tentare latebras ausus ignotas mihi.
Montes per altos ducor ex illo uagus:
Siluas, et amnes lustro permixtus feris:
Herbæ, & rubeti poma solantur famem,
Rami caduci pariter et flatus mouent
Strepente folio: somnus in uda fuit
Tellure: demum huc appuli fessus malis.

PRO. O machinator fraudis: o crudelior

Diomede Trhaco: sanguinis uerus parens
Ille est nefandi. siccine obtendis dolo
Commenta mortis funera? & tantum nefas
Speras inultum? magna delicta diu
Latere nequeunt: sequitur à tergo comes
Vindicta: scelere nemo latatur diu.
Tereu, nefanda strage turbasti domum,
Post stupra fletus ausus ordiri nouos.
At nunc superbus regio luxu incubas.
Lingua recisa: carceris duri solo
Germana nudo recubat, ubi suetigreges.
Non sic iacebit clara Pandionis domus
Illusa: misera tollet aliquando caput.
Prodeesse miseri facile si nequeunt, nocent.
Inuenit odium s^ape, quem arma nequeunt.
Indulge quæsto facinus: hoc nuper soror

T R A G O E D I A

Ad nos redundat : aderit actutum tibi
Vindicta : poenas impius coniux luet .
O terq; quaterq; morte felicem. inuoco
Te te parentem : genitor euixit super ;
Restaret ut hoc tempore infelix pater .
In hunc dolorem fata seruabant senem .
Speranda iam tum ista , cum hosti barbaro
Sociata cessi . superat hic animus sibi .
Vt dehiscens tellus hoc olim caput
Mersisset orco , bella cum primum intulit
Iuuenis proteruus : pacis heu pignus fui ;
Vt hoc uiderem facinus : in thalamis meis
Cruenta Erynnis crine uipereo stetit .
Hac , hac ministra facta sum dudum parens :
Vteroq; semen impiæ prolis tuli :
Iterum sorori spargere has comas iuuat .
Quo cedis anime ? num soror lacrymas petit ?
Agedum sororem quære per montes ocyus :
Euerte siluas : carcerem horrendum erue .
Simulabo , Bacchi maior hic lateat furor .

C H O R V S , P R O G N E .

SACRA Thyoneo repetita triennia suadent :
Mollia Nilsea cingamus tempora uita .
Huc ades proles Louis ætherei , matris

P R O G N E.

51

Ex utero præuste direpte puer.
 Te te Thracia uocat tua.
 Huc formose puer rite propitius,
 Vultu uirgineo dirige, nebride
 Præcinctus uiridis, rotas,
 Vari asq; lyncas:
 Lucidum cæli iubar astriferi ueni.
 Tertia sacris remeauit æstas:
 Hedera uirenti ornare iuuat madidos capillos.
 Seu iubes spargi sine lege uentis:
 Te decet flauos religare crines
 Floribus uernis, madidosq; mirra
 Tergere ferro, & cohibere mitra.
 Te decet molli religare zona
 Luteas uestes Tyrio colore.
 Tu puer ludo placidaq; rixæ
 Semper arrides: tibi mota pulsant
 Tympana, & ferro spoliata buxus:
 Naides blandæ, satyriq; molles
 Vsque mirantur niveos lacertos,
 Et genas puras placida iuuenta, & lactea colla.
 Huc adsis formose, uocat nemora omnia circu,
 Vitisator: quamuis te decolor India iactet,
 Orgiaq; in toto resonent trieterica Gange.
 Thyrfos spargere nuncleues,
 Intextos hederis iuuat.

Bacchis



M

T R A G O E D I A

Bacchis lampade nos uocat.

En omnis Rhodope sonat:

Euae ogygie adueni.

Mater Pentheos impii.

Non hic commaculat manus,

Auellens humeris caput.

Hic cum Calliope satum

Fudissent miseræ matres,

Mæstum cum gemeret nemus.

Dignum pernicie scelus

Pendunt uindice te improbae,

Te Rubrum timuit mare,

Et quæ decolor India

Cingit tempora pampino:

Thermodontiaci chori

Victoris genua inclyti

Addunt sceptriferas manus,

Quacunque & niueus rigat

Ganges flumine lucido.

Quidquid Sol nitidus uidet,

Quodcunque Oceanus lauat,

Laudes Bacche tuas canit.

Naxon cum peteres tuam,

Chiæ nobilis insulæ

Solam littore uirginem

Fouisti placido sinu.

Bacchis

Munus

Munus ferta decentia , 52
 Munus , Bacche , tuum tulit.
 Idem perfida pectora
 Fudisti pelago puer ,
 Frustra brachia dum student
 Lentare . in tenebras quoque ,
 Te Mineides improbae
 Dum spernunt , fugiunt citæ .
 Dirige pampineas circum nutante corymbo
 Bacche tuas : turpi ueniat Sylenus asello .
 Ad mare Threicio dū f lumen defluet Hebrus ;
 Dum Rhodope niuibus stillabit uere solutis ;
 Sacra Thyoneo repetita triennia mittent .



P R O G N E .

ERVITE propere carceris duri minas ;
 Atque hos ministros regii iussus neci
 Mandate : maior uictima his cadet manibus :
 Eruite propere : iam satis Baccho datum :
 Insaniendum est nunc mihi : instigat furor .
 Huc è latebris procede soror :
 Hic dies hic est , (germana uenit)
 Quo uiolenti stupra tyranni
 Datur ulcisci . eia comites
 Hederis frontem cingite Bacchi :

De

T R A G O E D I A

De more caput uitta coerbeat:
Nebride sacra latus instructa
Thyrsum uibret: soror ornatus
Hos cape mecum.
Quid mæsta tegis ora? Quidue lacrymas
Fundis inanes?
Attolle soror pudibunda solo
Lumina: casto libet amplexu
Fudisse pias per colla manus.
Hic ne genarum roseus fulgor?
Oculi ne hi, geminum sidus? cur
Hirtæ squalent per colla comæ?
Vnde hæc macies? fœdoq; pedes
Pedore graues? uix agnosco
Membra sororis: si let infelix,
Pallida uultus, etiamq; timet:
Vocis damnum muta fatetur:
Conscia tantum numina monstrat;
Cæloq; gemens spargit aperto
Liuida duris brachia nodis.
Flete heu miseram Ciconum matres,
Si qua est pietas: feriatq; humeros
Manus exertos: sentiat æther:
Si qua æthereis numina regnis
Humana regunt, curisq; piis
Aures præbent, inq; superbos

Acres

Acres mittunt fulguris ignes.
 Strimonis undæ fletu nostro
 Crescent : gelidas uiser e ripas
 Iuuat, & uentis iactare comas :
 Decet hic habitus nostros casus.
 Sed quid trepidas, miseranda soror,
 Laribus nostris inferre gradum ?
 Etiam times Terea dirum
 Testor tenebras noctis opacæ,
 Ditisq; domos, & Tartarei
 Trina ora canis, Stygiosq; lacus :
 Omnes quæram scelerum formas,
 Scelus ulcisci cupiens : omnis
 Fugiet pietas : per scelus omne
 Eat in poenas ferus hic animus.
 Huc uipera ualle sorores
 Adeste : uoco : dabit ista dies
 Aliquid longo semper in æuo,
 Immite, ferum. uincite diræ
 Coniugis artes : maiusq; aliquid
 Excute Progne : femina uincat.
N V T. Vultum furoris pelle : né prodeat furor.
P R O . Heu, quis dolori sit satis tanto furor ?
 Quæ poena Tereo digna ? quis Regi queat
 Nocere diro ? tota splendescat licet
 Actea ferro tellus, & summæ parent


 E Arces

T R A G O E D I A

Arces Cecropidum bella : desertis licet
Camps colonus arma Bistonius ferat :
Frustra hæc lacescant. Parthicas olim timuit
Cecrops pharetras , gentis effrænæ impetus :
Audaxq; belli notus est dudum Tereus,
Viresq; regni : scilicet nullus premat :
Natura fines ipsa custodit loci :
Hinc alta Rhodope nutat excelsis Iugis :
Hinc uasta Syrtis Geticum incursat mare :
Mæotis inde stringit Arctoos sinus :
Quas spes inanes uoluis ? ah nescis misera ,
Vindicta quo constet loco. me me est opus :
Ego uel Athenis sola sum potentior :
Ego sum timenda : desinant reges licet :
Ex hoc timere coniuges discant patres :
Ego , dum nefando coniugi reddam uices ,
Pergam, & nefando scelere complebo domum.
Bene instituto fiat exemplum nocens
Vxor mariti : coniugem agnoscat suam .

N V T . Quò misera pergis ? quò furibunda rapis
Alumna mentem ? rebus afflictis decet
Præbere fortes . unica est mali salus ,
Nescire uinci : quoq; demissa est magis ,
Vires doloris opprimunt mentem magis .

P R O . Fluctu doloris obruor : non sum mea .
Talis carina fertur, amissu duce;

Cum

Cum saeva pelagi forte tempestas rotat. 54

Vos o recentes cæde miseranda obruti

Adeste manes: facinus explebo ocyus;

Quocunque tantus iusserit dolor modo.

Vindex sororis dicar: ulcisci libet.

NVT. Et uindicanti sape uindicta obfuit.

PRO. Quemnam timebo, fata si nihil mouent?

NVT. An non timebis Bistonum uires mulier?

Non hic Athenæ, patrio tutam sinu.

Fortasse credis? tellus hostilis premet.

PRO. Nihil morabor: perfidus luat modo.

NVT. Moriere. PROG. Moriar ulta.

NVT. Fama te moueat.

PRO. Non it ad umbras fama: nec curant leues

Post fata manes, fama quid uulgiferat.

NVT. Perimes cruenta morte crudeli uirum?

PRO. Perimā: & nefādo sanguine hic pœnas dabit.

NVT. Lassat sacrilegas urna Belides: neque

Pensatur ullo fine tam teturum facinus.

Si nil mouet te, respice at gnatum parens.

PRO. At quid sororem? iam ipsa cum gnato patrē

Gremabo flammis: ipsa iaculabor faces.

In regna Terei: tota splendescat domus.

Regalis: omnis eruam stirpis notas.

Super ipsa iaciār, eia membratim occidat.

Disceptus ipse: iam iuuat linguam trahere.

81 TRAGOE DIA

Trucis tyranni : meruit hic, quidquid potest
 Irata mulier . NVT . Siste uesanos, precor,
 Reginamotus. maius hoc ira malum ,
 Tuisq; maius uiribus : Rex est Tereus :
 Multum paterni roboris sœuus gerit.

PRO . Nō, si ipse clypeum genitor opponat sibi,
 Pœna uacabit : quisquis contemnit necem ,
 Rex est tyranni : moriar , ut mortem oppetat.

NVT . Horrore quatiōr : crinis erēctus : pauet
 Animus : reliquit ossa consuetus calor .
 Quodnā hoc malū est? quis tātus instigat furor?
 En ora torquens mater aspectu truci
 Furibunda natum spectat, inuicem quoque
 Vulnus sororis : superat, & crescit dolor.

PRO . Quid hoc furore maius accrescit malum?
 Liber experiri, quidquid est, quod me mouet
 Ultrix Erynnis : ora furiarum intuor :
 Et ipsa Alecto crine uibrato sinu
 Iniecit anguem : lubricus uenis meat.
 Hortamur : eia, quod mare, & terra horreat,
 Inuade facinus : auctor audendi furor.
 Quænam hæc sororum funebre uersat manu
 Ferrum? tremisco. quis matrem impellit manus
 Maculare duras impia nati nece?
 Crudelis ille est : meruit ut facerem scelus.
 Fecisse pudeat : quò fugit cœptus furor?
 Hoc

Hoc hoc libet, quod timeo, uel si quid mali
Est peius usquam: non placet primus furor:
Tereus supersit, uiuat, & uiuat miser,
Optetq; mortem: peius est uotum nece.
Discede pietas: prima concipiā nefas,
Quod omnis ætas horreat. post me pia
Sit nulla mater: hoc sed est etiam parum.
Medea Colchis cæde puerili manus
Maculauit. addam manis huic sceleri scelus.
Magnū est, quod animus fluctuat: quid sit tamē
Ignoro: perge furor: prope est: par est scelus.
Nil quæro supra: coniugem hoc decet meū:
Nostrisq; thalamis dignus est tantus furor.
Animum parentis pelle: (si quid est tamen)
Euersa dudum coniugis nostri fides.
Euicit ille, si qua sit sceleris mora,
Pietate matris: uinco, si proprio scelus.
Quemcunque sceleris miseret auctoris, miser
Et ipse pariter: quidquid hic fuerit pium.
Quid hic morabor? crimiñ tantum hoc detur.
Eia anime meditata aggredi cessas? satis
Tempus querelis, iam satis tempus datum:
Parentur epulæ: sacra splendescat domus:
Manibus parentis innocens cadat puer:
Vt ipse genitor uiscera exedat sua.

N V T . Per has seniles deprecor mammas, hera,

Per

T R A G M O E D I A

Per spes aniles , perq; maiores deos ,
Desiste cœptis : quæ barbara ulla immanitas
Commisit unquā facere, quod properas scelus?
Factura deinceps omne femineum genus
Nocens . recedat impius mentis furor :
Nec tale facinus clara Pandionis domus
Inusitatum , pessimum , horrendum paret:
Vindicta quovis abeat : hanc partem sine .

P R O . Altrix(fatebor) pectora attonitæ labant
Vario tumultu : talis incerto ratis
Trahitur fragore , bella cum uenti mouent:
Cogitq; pietas : matris hinc nomen uetat :
Indulge soror : ah potius impune hoc ferat :
Spes una miseræ matris hic solus puer :
Vteriq; nostri cara progenies Ithis ,
Pignus parentis , unicum afflictæ domus
Leuamen: etsi genitor , inuisus mihi ,
In omne facinus excitet mentem feram :
Quid enim tyranni liquit intactum furor ?
Oblitus ille decoris , & nostri quoque ,
Miseriq; patris , uirginem oppressit comitem ,
Fideiq; pignus : nec placet tantum scelus ,
Nisi scelus addat : uirginis socios necat ;
Ipsiq; linguam forcipe apprehensam rapit .
Post hæc , pauentem clausit immani specu:
Simulatq; mortem : lacrymas struxit quoque
Periurus

Periurus: hæc est coniugis nostri fides.
 Post ista, dubitas sceleris ulcisci misera
 Per omne facinus? pereat hic: non est meus:
 Diro parenti similis ah nimium puer.
 Disce ex marito denique insigne facinus
 Audere Progne: fluctuat pectus, neque
 Meminit parentis: tota sum(fateor)soror.
 Furor relinquat corda, si facerem scelus
 Male sana: pereat fructus: irarum est satis:
 Ego sum furore ei prior: emittat licet
 Pestes Auerni dirus umbrarum arbiter:
 Ipsas fugabo: non capit sedem dolor.
 Utinam tulisset fœta natorum gregem
 Ut ero capaci: posset ut numerus matris
 Satiare mentem: quod tamen uenter tulit,
 In patrem redeat: nil sit ex illo meum.

NVT. Mater necabis unicum gnatum tuum?

PRO. Est nempe Terei. NVT. Cur ne-
(cem)meruit puer?

PRO. Scelere paterno gnatus emeruit mori.

NVT. Iniqua ratio est, criminè alieno pati.

PRO. Cum iusta quærit, ira paulatim cadit.

Non est furoris, capere mensuram sceleri.

Grauis ira sontem respicit, pœnam leuis.

NVT. Alumna, quæso, nulla te pietas mouet?

Poteris nefanda cæde puerili manus

Maculare?

T R A G O E D I A

Maculare? poteris ipsa per pueri caput
Vibrare ferrum? deprecor, mentem exue
Diri furoris: mater es. PRO. Soror quoque?

N V T. Alias nocendi mæror inueniat uias:
Enses, uenena, flamma uel sontem premat;
Animamq; secius eggerat. PRO. Tellus prius
Gestabit astral lucida, & cælum feras:
Priusq; luci præterit noctis dea,
Tenebrisq; Phœbus, quām meus mutet dolor
Decreta mentis. N V. Facere quo properas mō
PRO. Festus propinquat Thracio Regi dies: (do?
Quo mos adire coniugi tantum dapes,
Mensasq; Regis. aggredi licet patrem
Dapibus nefandis: sanguinem bibet suum:
Huius diei faxo sit semper memor:
Comissa nutrix occule. N V T. Hoc annis mea
Solet senectus tarda: præstabo fidem.

C H O R U S.)

Q VAE C V N Q V E extat fortuna nimis,
Altoq; ferit uertice nubes,
Placido regnet licet in ocio,
Finesq; suos ambiat unda
Tagus aurata, & gemmifer Hister,
Nullo rerum pondere pressa

Corruit

Corruit in se , nec capit unquam
 Placidæ regnum limina uitæ .
 Animos Regum turbine uersat
 Fortuna suo : rapit ambitio ,
 Vulgiq; fauor : plures mergunt
 Nimii luxus , luxusq; comes
 Dira libido . castus uixit
 Iuppiter olim ; cum Dictæo
 Pauper in agro patrem fugeret .
 Ast ubi fregit sceptræ parentis ;
 Vacuoq; sedens solus Olympo ,
 Sub se terras uidit apertas ,
 Tractusq; maris , & uaga sidera ;
 Tunc Iunonem fallere cœpit :
 Nunc Alcmenem capit Amphithrio ,
 Cessasq; tuos lucifer ortus ,
 Iussus longam ducere noctem :
 Nunc pharetratae uirginis arma
 Humeris sumpsit , crura cothurno
 Stringens ; tenui subligat auro
 Per colla comas : modo litoribus
 Niuei simulans membra iuuenci ,
 Equitem dorso per freta tulit : &
 Candida plumis brachia mouit ,
 Placido fundens gutture carmen
 Improbis ales . pauci Reges

TRA GIOE DIA

Sacra colunt iura pudoris.
Non ullius foedera lecti
Animos tardant: odere thoras:
Nec cognato sanguine uirgo
Tuta est: pronus furor in uetita:
Vetitumq; nihil . maxima pars est,
Quæ nullius numinis aras
Colat; atque animæ restare nihil
Post fata putent; nec tartareis
Horrida flagris uerbera curet.
Magno miseri iudice causæ
Librantur nostræ: Aeacus umbras
Ipse fateri crimina uitæ
Subigit: quidquid gessimus olim,
Patimur: nulli crimina paruo:
Nec prosunt tituli ordine certo:
Purpura damnat: media turbæ
Pauci nigro liuida fundo
Aequora uerrunt. felix pauper,
Qui contentus modico uiuit,
Nulliq; grauis tempora ducit.
Pauperis intrat limina nunquam
Immunda uenus: uincere somnos
Studio coniux rustica tentat:
Seruat castos horrida mores
Casa nimiæ: nec soluunt epulæ:

Mox,

Mox, cum placida fata senectæ
 Ultima cursus egere suos,
 Felix moritur: nec marmorea
 Corpus in arca balsama seruant.
 Pauci Reges ultima uiuunt
 Tempora uitæ: pauci sicca
 Morte recedunt. alius diri
 Signa cometæ trepidet: nullis
 Territa monstris nostra senectus
 Spatium uitæ finiat actæ.
 Sed quid trepido nuncius ore
 Portat? dubios ede tumultus.



N V N C I V S, C H O R V S.

NVN. Terrore quatior: sceleris ante oculos trucis
 Imago pendet: totus horresco memor:
 Hæret palato lingua. CHO. Quid portas noui?
 NVN. O Thraca tellus, scelere perpetuo nocens,
 Quamq; omnis ætas damnet: o dirum nefas.
 Quæ Colchis unquam? qui ue dispersi Scythæ?
 Quæ regio tantum fecit, aut credet nefas?
 Abominandus ipse Diomedes minus.
 O sors acerba: scelere punitum scelus:
 Euersa cuncta. CHO. Mitte perplexe loqui:
 Post prima scelerâ nemo mirari solet,

F 2 Si

T R A G O E D I A

Si quod secundum maius exoritur scelus .

N V N . Me me procellæ ferte disiectum undique ,

Vbi Charybdis Sicula disturbat freta ,

Vbi Scylla canibus latrat accincta rabidis .

C H O . Effare aperte : nos pariter , & te leua .

N V N . In parte regiae ultima stabulum latet ,

Vbi Diomedes , pectoris impii dominus ,

Hu manu sœuu s pabulum diris feris

Secabat ipse uiscera ; & capita sanie

Madida superbus alta figebat manu

Foribus tremendis . semper infastus cruor

Vndabat : ipse donec armenti dominus

Suo scelere periit , hac pœna nocens .

Hic nocte tota uoce ferali gemunt

Vmbræ uagantes : strepitus horrendū intonat :

Tractæ catenæ : fremere crudelis ibi

Fama est leones : sœpe latratu specus

Reboat : tremiscit terra : discordes deæ

Quatiunt rogales igne funesto faces .

Inhumata Regis sœpe despecti premit

Manes flagellis turba . quò postquam furéns

Regina subiit , paruulum trahens Ithim :

Philomena subit . spectat hanc primum soror :

Deinde natum mater aspectu truci

Paulum morata , quid , inquit , tempus iuuat

Conterere lacrymis ? tempus ulcisci uenit

Thalamos

Thalamos pudici coniugis , stupra , & scelus .
Germana te met excita : hunc similem patri
Iuuat esse ; dum perficio , quod struxi nefas .
Sic fata , furiis concita , infantem trahit
De more uituli , quem aspra lactentem rapit
Hircana tygris . ille blanditur matri ,
Eius lacertis colla complexus puer .
Dimitte matrem : fata te expectant tua :
Dimitte : non est mater irata mulier ,
Ferior leæna , foeta quæ catulos trahit .
Spes uana patriæ , deperis paruus Ithis ,
Generosa proles gentis Acteæ , nepos
Mauortis , unum Thraciis rebus decus :
Pietatis in quo plus tamen fuerat aus ,
Animos feroces quamuis à stirpe traheres :
Non tu tenebis sceptra Threicia puer :
Non iura populis patrio folio dabis .
Quòd si pararent fata tam miseram necem ,
Dum mater amens quærit ulcisci scelus
Maiore scelere : fata non facient tamen
Te te nocentem : nescius culpæ cadis :
Vt cunque moritur innocens , felix moritur .
Vade inter umbras innocens : forsan tibi
Instabat aliquid tam bono genito patre .
CHO . Quis , ede , durus raptor infantis fuit ?
N V N . Mater citato translit ferro latus .

Quod

T R A G O E D I A

CHO. Quod tam cruentum dirus admisit nefas
Diomedes? NVN. Vlтро cecidit in matrē puer:
Ferae stabulum gemuit. CHO. O nouū scelus.
NVN. Vtinam scelere contenta desistat truci:
Immota mater properat hinc aliud nouum:
Vthoc prematur scelere maiori scelus.
CHO. Quid ultra atrocius potuit? an pabulum
Inhumata pueri uiscera exponit feris?
NVN. Vtinam, feroce quod solent iræ, rogo, &
Humo arcuisse: tradat epulandum feris:
Pietas uocetur illa, si quæris nefas.
O dira facta: nobili truncō caput
Tereo secatur: cetera in partes rapit:
Artus calentes tractat, & fibras manu,
Necflexit oculos: adiuuat Prognem soror:
Costas trucidat: pectoris crates rapit:
Humeris lacertos amputat ferro leuis.
Pars hæc aheno uoluitur, æstu laticem
Miscente: at illa uerubus affixa ingemit:
Fumus penates obsidet totos niger:
Disponit ipsa lancibus diras dapes,
Cnatum parenti. uiscera edisti tua
Ignarus: etiam hoc deerit: & scies miser.

IDE M

IDEM CHORVS.

OMNES uincunt dira Promethei

Semina furias : iam nihil est , quod

Postera credant sæcula uetitum .

Credimus iras ,

Quascunque ferunt Colchidos . omnis

Scelerum formas tellus nostra

Vicit . sed tu miserande puer

Vadis ad manes , culpæ nescius ,

Diros . maneant digna parenti

Præmia facti . quanquam digna es

Tu poena puer , impiæ matris

Victima cæsus : diriꝝ premit

Viscera patris .

TEREV S, PROGNE.

FESTVM diem celebrare quis uetat mihi ,

Animumq; turbat mobilem incerto metu ?

Quid hæret animus ? prospero regnum in statu

Ego quid tremiscam , nescio : timeo tamē . (est :

Modo inter aras , sacra cum ferrem deis ,

Repente cecidit regii capitis dècus .

Vidi crux uerti in obscoenum pariter

Bacchi liquorem : fleuit in templis ebur :

Emicuit

ON

T R A G O E D I A

Emicuit ara : flamma per totam domum

Erep sit . etsi timeo nil , piget tamen

Sacri nefandi . Sed quid horresco ? procul

Secede terror . quisque præsagit sibi

Vanos timores : meruit in ueros eadem

Potius retexere flore uiridanti comam :

Indulge Baccho ; uoce festiu a cane .

PRO. Vide , ut superbus regio solio incubet :

Nec credit ullo posse deuinci malo

Conuiua latus . exple sacratis famem

Dapibus : crux pelle natorum sitim .

Sic te superbe ? TER. Solus afferre solitam

Gnati quietem posset aspectus mihi .

PRO. Philomena posset sola solamen mihi

Afferre . TER. Segnis inter exangues iacet .

PRO. Idem inter umbras natus exangues cubat :

TER. Omitte coniux ista . PRO. Coniugē uocas

Nefande Tereu ? TER. Quod malum audio ?

(PRO. Ne queo)

Crudele gaudium ferre . per totos rigor

Artus cucurrit . iam iuuat uultus patris (meo

Spectare primos . TER. Quidquid est , pereat

Gnato . PRO. Bene est : scelus peractū est : hunc

TER. Vocetur : ubi natus latet diu mihi ? (amat .

PRO. In te latitat . TE. Vbi est Ithis ? PR. Scies .

TER. Vbi est ?

PRO.

PRO. Stupro sororem qui uiolat , atque effe rus
Linguam trucidat , uirginis socios necat ;
Epulatus ille est impia natum dape .
Philomena pueri defer exticti caput
In ora patris . hunc ne cognoscis pater ?
Magis an sororem ? TER. Sustines rerum sator
Tam grauia scelera ? an uanus in gentes timor
Fulmen coruscas ? misce diluuio omnia :
Fluuii rapaces fontibus ruptis meent .
Dimitte habenas : merge ad infernos lacus
Animas nocentes : pondus inuisum rape :
Dehisce tellus , tartari fundo occule .
Me me trisulco fulmine inuisum pete
Sator deorum , quo trium moles cecidit
Erecta calo montium , atque hostes feri .
Sum fulminandus ignibus sacris ego :
Ego sum cremandus . si pater natum paro
Mandare flammis , quas miser uoces dabo ?
En ora cerno , quodq; de toto est super
Caput cruentum . scelere materno occidis ,
Culpa parentis . hanc ego merui necem .
Hunc te Ithi genitor uideo ? quis float satis
Meas miserias ? tumulus est nati pater .
Quis inhospitalis caucasus tantum nefas ,
Aut quis Procustes , quis ue contemptor deum
Busyris unquam , quæ barbara ulla immanitas

G Commisit?

T R A G O E D I A

Commisit? in me natus innocens iacet,

D extra parentis cæsus . hoc uno pater

Superos timebam . genitor expleui sitim

Gnati cruento , da pater , nostri nimium

Oblite , Mauors tela , uel coniux dabit:

Euiscerabo corpus ; ut grauis redeat

Cibus . negatur? hoc negat Progne mihi?

Philomena præbe : si miser non sum , nega .

P R O . Iam summa uoti contigit : Tereus dolet :

Nunc restitutum credo germanæ penitus

Raptum pudorem , nunc meis thalamis fidem.

Erepta ferro lingua : nil curo : miserum

Dum muta uideat . uirgines stupro opprime :

Commenta mortis funera : & fletus para :

Dum te nequitia plegeat ali quando tuæ .

Aduenit ecce tempus , & dies mihi ,

Quo te superbe , dum nihil times , premerem.

Manibus parentis cecidit his natus tuus :

Partita pueri corpus in partes soror :

Pars hæc aheno uoluitur , æstu laticem

Miscente : at illa uerubus affixa ingemit.

Post hæc : cruento miscui sacro mero .

Poterat sine ulla cæde puerili peragi

Vindicta : poteram temet in flamas dare ,

Oculosq; prescis unguibus ruere , aut aliquam

Instruere mortem : poena sed uisa est leuis ,

Quæcunque

Quæcunque finem ponit ærumnis nece.

Hūc cerne genitor. TER. O nouercales manus:

Quæ Colchis unquam tanta commisit scelera?

Immitis, atrox illa se tantum nece

Contaminauit: scelere uicisti scelus,

Et morte maius ausa post mortem nefas.

Tuum est, quod hausi, crimē, horrédas dapes

Ignarus. PRO. Insons criminis nomen fugit.

TER. Quò quò profanus ciuium aspectus fugiā?

Quæ latebra misero tuta? quò præcep̄s ferar?

Me me procellæ trans quoque Oceanū rapite,

Quò nullus hominum, nec feræ, nec Sol meet:

Aut illigato Rhodopes sub Thressæ iugis

Ales Promethei tundat æternum iecur.

PRO. Rhodopē poscis? cara post stuprum est tibi,

Pete & sororem, quæ data est uirgo diu,

Perire Tereu: uirgines stupro opprimis?

TER. Tu sœua natum? PRO. Fateor: & iuuat tuū.

TER. Quid meruit infans? PRO. Gnatus emeruit

Tuapte culpa. TE. Vindices testor deos. (mori

PRO. Potius pudoris numen intacti uoca.

TER. Te te sequentur furiæ. PR. Ithis solus patrē.



F I N I S.

D E R A T I O N E V E R S U M,
quibus hæc tragœdia conscripta est.

LVCOS, & amnes desero Inferni Iouis.

Carmen archilogicum, trimetrum, iambicum,
acatalecticum . assumit in disparibus quidem
locis iambum, choreum, spondeum, dactylum,
& anapæstum : in paribus autem iambum, cho-
reum , & anapæstū . hic uero anapæstus apud
comicos frequentius , apud tragicos rarius in-
uenitur , ita tamen , ut multarum breuium iun-
ctura uitetur.

ORTE Saturno, pelagiq; rector.

In hoc choro continetur duæ metri uarietates .
prima enim carmina usque , **R E X V I C T V S**,
dicūtur sapphica trochaica : constant enim tro-
chæo, spondeo, & dactylo, & duobus trochæis.
reliqua autem dicūtur glyconica : constant au-
tem spondeo , choriambo , & pyrrhichio .

N V L L A mortales tenuit uoluptas .

Hic chorus cōtinet duas metri diuersitates . pri-
ma quidē, ut in primo choro , **ORTE SATVR-**
NO . intermixtum est uero carmen Adonicū :
quod constat primo dactylo, secundo spondeo,
sive trochæo . Nota autem ultimam indifferen-
ter semper in omni genere metrorum ponit .

Sacra

27 63

SACRA Thioneo repetita triennia suadent.

Hic chorus cōtinet nouem metri diuersitates .
primum genus metri heroicum , exametrum ,
dactylicum, ut SACRA THIONEO . Secun-
dum sapphicum est metrum : constat enim pri-
mo trochæo , secundo spondeo , tertio dactylo ,
quarto choriombo , quinto spondeo , siue tro-
chæo , uel , HVC ADES PROLES . Tertium
constat primo dactylo , secundo amphimacro ,
tertio epitritō , quarto pyrrhichio , siue iambo ,
ut , EX VTERO . Quartum , TE TE THRA-
CA VOCAT : ut in primo choro , REX VI-
CTVS . Quintum asclepiadeum choriambi-
cum: constat primo spondeo , secundo , & ter-
tio choriombo, quarto pyrrhichio, uel iambo ,
ut , HVC FORMOSE PVER . Sextum con-
stat primo pæone, secundo spondeo , ut , VA-
RIAS QVE LYNCAS : & , HEDERA VI-
RENTI . Septimum, ut in primo choro , OR-
TE SATVRNO : & in , TERTIA SACRI .
Octauum constat primo anapæsto , secundo
iambo, tertio spondeo , quarto anapæsto, quin-
to pyrrhichio , sexto trochæo , septimo tro-
chæo , uel spondeo . nonum , & ultimum, ut in
secundo choro , FATA SORORIS : et , LA-
CTEA COLLA , &c .

Huc

HVC è latebris procede soror.

In hoc carmine continetur unicum genus metri, quod dicitur archilogicum: constat autem spondeo, dactylo, & anapæsto indifferenter.

STUDIOSIS.

CVM in hac tragœdia multas elucere ueterū poetarum uirtutes eruditii homines iudicarēt: communicandam uobis putauimus eo libētius, quod in hoc genere, præter unum Senecam, nihil habemus: cuius tragœdiis minimū certe Progne nostra concedit. illud æquo animo feretis, quod aliquot in locis deformatam mendis, quæ corrigerere non licuit, legetis. Maiora in posterum, Deo fauente, expectabitis.

IN ACADEMIA

VENETA,

M. D. LVIII.

Huc



genus me.
flat autem
erenter.

ueteru po:
carer: con-
petius quid
am, nihil
erte Prog
erens, quid
s, quicor
n polterum

A



Et de la poudre de fer

et de la poudre de fer et

R.E.
nolphus P.L
, Id, De-
no 75. E.

EPIS



For the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

the first time

in the history of

the world

Christ

for

the

first

time

in

the

world

the

first

time

